

## **De veteribus Slavis**

Olim in loco, ubi hodie Bohemia et Moravia sitae sunt, regnavit princeps nomine Rostislav et terrae eius Terra Marahensium dicuntur. Rostislav christianus erat, sed in domo eius sacerdotes Latini sacra in lingua Latina celebraverunt. Imperator Michael III elegit fratres Cyrilum et Metodeum, quos in Moraviam misit. Ante adventum suum in Moraviam Cyrilus novas litteras Slavicis creavit. Anno 863 pervenerunt ad Moraviam et a principe Rostislavo magno cum gaudio salutati sunt.

Fratres non solum novas litteras sed etiam novam linguam attulerunt. Lingua Slavica similis erat linguae Bohemicae. Per tres annos fratres multos discipulos habuerunt, sacra in lingua Slavica celebraverunt et multos libros in lingua Slavica et litteris Slavicis scripserunt.

Anno 866 invitati sunt ad pontificem Nicolaum I. Cyrilus ante curiam papae se liberavit a culpa. Et papa Nicolaus missam Slavicam permisit.

Aegrotus Cyrilus post paucos menses in monasterio mortuus est et numquam ad Moraviam rediit. Anno 869 papa Nicolaus misit Metodeum rursus in Moraviam. Methodus mortuus est anno 885 in Moravia. Post mortem Metodi omnes discipuli et sacerdotes a principe novo nomine Svatopluk expulsi sunt.